«Saluatori ad Redemptori nostro domino Ihu Xpō Siue et gloriosis martiribus (1) atque post deum nobis fortissimis patronis. Sancta Michaeli Archangelo, Sancto Iacobo Apostolo, et Sancto Iacobo fratri domini, Sancto Laurentio archidiacono, Sancte Eugenie Virginis X quorum basilica fundata esse dignoscitur in ualle Gaudiosa Subtus monte... ripa latere. Nos exigui famuli uestri. Gutier prolix Munionis confessus, siue et sorori mee Munie confessa maiestati tue Deus Pater Ingenite, et Filius Unigenite, Saluator mundi cum Spiritu Sancto ex ambobus procedenti ex qbus at e accepimus dedimus tibi (2), ut nostri reatus absoluantur flagitiorum vincula. Licet initia bonorum que in animo gignuntur, iustitie operibus deputentur (3), tamen ea que maiore cumulo ac potiori crescunt in voto ampliori remuneratione crescunt in premio. Ille enim in stadio boni operis sui dirigit gressum habitationemque, qui edificationem seruorum ac ancillarum tibi seruientium claustra cenobii construit et confirmat. Id circo offerimus Deo ac Saluatori nostri et Apostolis, Martiribusque suis supra taxatis, quod illorum (nomine) scō pcamine digni efficiamur in dextera tua collocati cum seculum per ignem ceperis iudicare unde tunc nobis copiosa merces adueniet perhenniter perma<sup>o</sup>surā. Ut ergo per uos Sancti Martires tandem reconciliari mereamur à domino, fide, supplicatione uotis omnibus implere curamus. Ac sic offerimus et concedimus glē vestre atque sacco (sacro) Sancto (Sco) altario vestro in prefato loco, id est (4), ipsam ecclesiam cum domibus et edificiis et cum cunctis opibus et prestationibus, siue uela uel uestimenta altaris, libros ecclesiasticos de toto anni circulo completos. c. ruce. capsā. calice. cum patena. et corona argenteos. casullas. dalmaticas. albas et tunicas. Mutas de lecto. m. Palea. j. Trami-sergas. ii. Scalas. ii. argenteas. Mutas de mensa. iij. Palleas. ii. litones duos. Uoues et uaccas. xxx. Oues. c. Capras. 2xx. porcos xxx. Volatilia non modica. Equas xx cum suo amisso. ipsa uilla Gaudiosa per suos terminos. antiquiores secundum eam obtinuerant auos nostros Fredenandus et Gudigene, cum adiunctionibus suis. Iudeos de Sancti Xpoforo. Adicimus ibidem in ualle Profigo uilla Bademundi (Bademundi) cum sua ecclesia. Uilla Sala miri cum adiunctionibus suis. Uilla Sancto Uereximo cum sua ecclesia, uilla bademundi cum adiunctionibus suis. In ualle Uallare, uilla queirici cum suis adiunctionibus et uilla Prato, per suos terminos. In monte nigro uilla Antigi. et uilla Sauli cum adiunctionibus suis. In ualle Flamoso uilla Fronimi. In ripa

(1) Compárese con las Fórmulas *olsigodas*.

(2) Hermosa doctrina teológica.

(3) Efecto de la gracia en las acciones humanas.

(4) Dícense las propiedades donadas.

## FÓRMULA XXXI

Sanctissimo Domino et in Chisto patri illi, ille. in quantum tuae sanctitatis beneficia erga nos nostris que vtilitatibus apparet copiosa nec munerum potest retributio coaequari nec nostri meritis vicisistudo complecti. Ob hac re oportunum duximus pro tantum beneficii meritum haec parua beatitudini vestrae conferre munuscula id est, illud et illud, quod *almitas* reuerendissima vestra ex hodierna die per huius donationis nostrae vigorem, addendi, habendi, tenendi, et possidendi, faciendique ex hoc quod vestra elegerit voluntas libera in omnibus Xpo au<sup>s</sup> pice vobis maneat potestas quod etiam iuratione confirmo.

## TRADUCCIÓN

Al Santísimo Señor y en Cristo Padre... tal... el tal. En todo cuanto tus beneficios, los de tu Santidad, aparecen copiosos, en favor mío y de nuestras utilidades, no hay igualdad de parte mía en corresponder condignamente a lo vuestro, ni abarcar todos vuestros merecimientos con actos sucesivos nuestros en obsequio vuestro. Por lo que oportuno se presenta, corresponder a tan gran beneficio con estos menguados dones, esto y lo otro, lo que por el vigor de nuestra donación sea acumulado para Vuestra Santidad, y lo haga, tenga, posea y haga de todo, lo que bien le plazca, con el favor de Cristo. Lo que confirmo jurando.

Tordena uilla Honorici cum adiunctionibus suis. In ualle Bragantinus uilla Ardetani cum *ecclesia* et cum adiunctionibus suis. Uilla Nagadera, Uilla Uelanio. Uilla Uarizo. In ora moris uilla Sancte Xpiae. In ripa Auie uilla Laginas. Uilla Oliueto. Adicimus in uilla Parriga Uilla Lupiani que *fuit* de nostras *tias* que nobis dederunt per *scripturam firmitatis*. Omnes has uillas supra taxatas cum omnibus *adiunctionibus* suis atque *prestationibus* supradicto *monasterio* testamus atque concedimus, siue *fratribus*, seu *sacerdotibus*. uel (un claro raspado y con letra muy de acá me parece de mano del marginante) *sororibus*, qui *normam* (1) *Sanctitatis* uel *ordinem* confessionis prosecuti fuerint in ipso loco *habeant* et *possideant*. ut ibi habitantes et in Dei timore et seruitio persistentes exinde habeant tolerationem et nos ante dominum dignam inueniamus remunerationem, quod et *adiuratione* (2) confirmamus PER DEUM ET TRONUM (gle) GLÓRIE SUE, quod contra hunc factum nostrum nunquam erimus venturi ad irrumpeumetc., etc., etc.

Si...

- (1) Según las Reglas de los Santos Padres.
- (2) Juran ser fieles cumplidores de todo lo prometido.

## FÓRMULA XXXII

*Cartula obiurgationis.*

Domino *semperque* meo illi, ille. Licet sanctione legum sit constitutum tamen nullus pro sua voluntate suum statum deteriorat sed quotiens *prae legitimam* quis suam portando personam necessitate vel miseria aliqua laborare videtur sua causa constringitur *de suum statum qualem* vult ferre *iudicium* utrum meliorandi an deteriorandi liberam habeat potestatem. ideoque *proprie* mecum deliberari vt statum meum venundandum *proposui*, quod etiam vestra dominatio haec audiens *et per mea supplicatione* vester accreuit adsensus, et datos a tua dominatione solidi Ñ tot propter hoc et illud me accepisse manifestum est et ideo memoratum statum meum exhodierna die habeas, teneas, et possideas iure dominioque tuo imperpetuum vindices ac defendas vel quidquid in meam vel *de meam personam* facere volueris *directa* tibi erit per omnia vel certa potestas quod etiam iuratione...

## TRADUCCIÓN

A mi perpetuo Señor tal... el tal. Aunque las leyes lo sancionen, ninguno deteriora *voluntariamente* su estado o le rebaja. Pero cuando anda uno apretado y lleno de necesidades y se ve en la miseria, entonces piensa qué debe hacer en tal situación, y si posee libertad absoluta para buscar un medio de mejorar o de ir descendiendo. Así que he determinado entregarme a vos como en *venta*: y oído esto por Vos y pedido, en súplica por mí, habéis condescendido con mi propuesta, y me habéis dado tantos sueldos, por esto y por lo otro, sueldos que he recibido de modo que desde hoy sois dueño de mi: ha, ten, y posee mi *estado*; y te encuentras con la potestad, poder, derecho, cierta, cierto, directa, directo de disponer de mi persona, en todo y por todo. Lo que confirmo jurando.

## FÓRMULA XXXIII

*Cartula pactionis.*

Licet inter pacificas mentes difinitio sola constet verborum tamen pro memoria temporum testimonium adicitur literarum quia nullatenus longi temporis spatium in ambiguitate transmittere poterit



quod velit nuper factum lectionis recursio ad memoriam reducit. Igitur dum inter nobis de paupertatula patris vel matris iugis intentio verteretur convenientibus animis contigit in portatione illius hoc et illud et inportatione illis hoc et illud, quod ex hac die unicuique nostrorum quod contingit securus deo nitente possideat, nec vltierius cuiuspiam aliquam ex nobis molestiam alterna inferat controuersia, sed quidquid unusquisque nostrum de sibi debitam portionem facere voluerit, habeat in omnibus liberam potestatem, quod si forte aliquis ex nobis hunc divisionis nostrae factum dispare conaberit sibi debitam portionem ante litis ingressum amittat illorum iure pertinendam qui huius voluntatis decreta seruauerit in quam rem vi doloque secluso stipulatione adnixa subter manus nostras robore firmauimus et testibus pari voluntate pro firmitate subscribendum tradidimus factum diuisionis libellum.

### CARTA DE PACTO

Aunque entre gentes pacíficas baste lo contratado de palabra, *no obstante nos valemos de la escritura para que sea memorial en el tiempo*, y así desaparecerán *toda duda y toda ambigüedad*, y con el auxilio de la lectura, todo nos lo trae a la memoria. Así, pues, teniendo entre nosotros continua contienda acerca de la herencia que nos ha quedado del padre y de la madre, puestos de acuerdo, cada uno de nosotros posea, con seguridad, esto y lo otro, desde hoy día, y ninguna molestia nos causemos mutuamente, y cada cual haga de lo suyo lo que mejor le cuadre, y al que de nosotros se le ocurriere perturbar lo hecho intentándolo, pierda la parte suya antes de andar en el tribunal y pase a ser del derecho de quien ha quedado fiel a lo pactado. Quitado todo engaño y quitada toda fuerza, honrada y libremente, y sujeto a lo estipulado, para robarlo, firmando lo hago, de mi mano; y para que los testigos, unánimes, lo corroboren, subscribiendo, les entrego este libelo.

Escrito el libelo de la división ... de nuestra herencia (1).

(1) Testamento de Guillermo Bolez. Año 1231, B. de Poblet. Test. 35, fols. 208, 209.

*Quoniam omnia mundana transitoria sunt et labilia et quod scripto comittitur memorie tenaciter comendatur. Id circo ego Guilliellmus Botetus ... facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos dominum ... sine dampno quod eis non eueniat aliquo modo et credantur in simplici verbo eorum sine testibus et sacramento et absque aliqua alia calumpnia (son Fray Arnaldo, abad de Poblet; Fray Guillermo Sauartes, cellarium maiorem, et Arnaldum de valseger et Rotbertum de Martello,*

## FÓRMULA CARTA XXXIV

*Cartula mancipacionis.*

Dulcissimo filio meo illi, ille. *Prisca* consuetudo et *legum decreta sanxerunt* vt patres filios in potestate habentes tempore quo perfectos in eos esse praespexerint annos, postula a patribus absolute percipiant, quod tamen, patres ipsi voluerint concedant, unde ambigum non est quod obedientiae vestrae sagacitas nostrum compell et animum vt te à nostro dominio corpore relaxare debeamus. Vnde paternae potestatis intuitu decernimus ad instar personae nostrae tuum gaudeas peruenisse statum, oblatum autem a te *quinque nummus distractionis atque mancipationis* causa me suscepisse cognosco, et melioratum autem te gaudeo, vnde quidquid te malui, volui, contuli, et habere decreui totum tibi per hanc mancipationis meae cartulam confirmo, hanc roboro, et concedo, per patrem et Filium et Spiritum Sanctum qui est trinitas inseparabilis et vna maiestas, per regnum gloriosissimi domini nostri illius Regi gentique suae salutem vel omnium sacerdotum coronas...

## TRADUCCIÓN

A mi dulcísimo hijo, tal el tal. Costumbre antigua es, y sancionado por las leyes está, que, llegados los hijos a la mayor edad, queden emancipados, hecha a sus padres la correspondiente petición, y concedan los padres lo que quieran. De manera que no hay duda sobre que la sagacidad de tu obediencia nos impele a emanciparte. Por lo tanto, vista la facultad de mi autoridad paterna, decreto que adquieras el estado de persona cual es el mío y le goces conmigo. Y declaro haber recibido las cinco monedas, dadas en obligación a causa de tu separación y de tu emancipamiento, y me alegro de tu mejoría civil. Así que lo que para ti más quise, deseé, llevé y he determinado que lo hayas, lo confirmo, corroboro y concedo según esta carta de emancipación lo declara; lo que realizo por el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo, Trinidad inseparable, y Única Majestad, y por el glorioso reinado de nuestro Señor el Rey tal, y la salud de su gente y por las coronas de todos los Sacerdotes...

## FÓRMULA XXXV

... quia rem juris mei debitam, quam ille suoritia extra discussione[m] iudicantis violentius usurpatione de meo dominio abstulit nullos in eodem loco profligat labores certe nec quicquam inibi augmentet, dum interim manente justitia per *legum statuta* appetendo iudiciariam potestatem, inter partes dev eritate silentium imponatur, quod si transcendens hanc coniurationem nostram, hoc quod in iure nostro pertinet, in aliquod augmentauerit, sciat se per justitia, dum nostro dominio hoc ipsum probauerimus debere secundum legum instituta de inuasionem vel singulis annis frugum collectione, ac sumptus per litis expensas nobis satisfacere, et hoc quod inibi profligauit amittere factum libellum.

## TRADUCCIÓN

... porque la cosa debida que es de mi derecho la que él irregularmente sacó de mi dominio usurpándola con violencia, fuera de todo procedimiento judicial, no produce fruto alguno en el mismo sitio, ni ciertamente nada aumentará mientras no se imponga silencio a las partes interviniendo la justicia. Y si pasando esta nuestra conjuración, lo que según derecho es nuestro, aumentase, sepa él que por justicia tendrá que pagarme lo obtenido de las cosechas anuales y los gastos del juicio y abandonar lo ganado, según lo mandan las instituciones legales tocantes a las Invasiones, así que probemos que todo ello es legalmente de mi dominio.

Hecha la petición por escrito....

## FÓRMULA XXXVI

*Praecaria.*

Domino semper meo illi, ille. Dum de die in diem egestatem pateret et huc illuc percurrerem vbi mihi pro compendio laborarem et minime inuenirem, tunc ad dominationis vestrae pietatem cucurri sugerens vt mihi iure praecario in locum vestrum quod vocatur illud, ad excolendas terras dare iuueres, quod et vestra annuens dominatio petitioni meae effectum tribuit et terras in praefatum locum, vt mea fuit postulatio ad modios tot ut dixi iure praecario dare dignauit. Proinde per huius praecariae meae textum spondeo nullo vnquam

tempore pro easdem terras aliquam contrarietatem aut praeiudicium parti vestrae afferre sed in omnibus pro utilitatibus vestris ad surgere et responsum ad defendendum me promitto afferre decimas vero praestatione vel exenia, vt colonis est consuetudo annua inlacione me promito persolvere quod si immemor huius praecariae me tenorem de cuncta quae supra promissi, vel modicum nisus fuero infringere, iuratus dico per diuina omnia et regnum gloriosissimi domini nostri illius Regi quia liberam habeas potestatem de supradictas terras foris expellere et iure vestro ut debentur, iterum aplicare. in qua praecaria praesens praesenti stipulatus sum et sponpondi, subter manu mea signum feci et testibus à me rogitis pro firmitate tradidi roborandam. factum.

#### TRADUCCIÓN

A mi siempre Señor tal... el tal, creciendo cada día mi estado de pobreza y no encontrando en donde trabajar para ganar de comer con un reducido jornal, he acudido al dominio de Vuestra piedad, solicitando que, en el lugar tal, vuestro, llamado tal, ordenéis se me facilite, según el derecho precario, cultivar algunas tierras que os pertenecen. Y me habéis concedido lo solicitado, con la condición de pagar tantos modios. Por lo mismo, según el texto de esta carta precatória, prometo no causaros contrariedad alguna ni perjuicio alguno por razón de las mismas tierras, en tiempo alguno; al contrario, miraré por vuestras utilidades y defensa. Pagaré anualmente las décimas y daré las *exenias* y cumpliré las prestaciones, *según es costumbre entre los colonos*. Y si de lo consignado y tratado en esta escritura precaria yo me apartase, juro por todo lo divino y por el reino de nuestro Señor el rey, que en libertad completa quedáis de lanzarme fuera de vuestras tierras, y utilizarlas vos otra vez para vuestro derecho de explotación. Yo presente, con el presente lo estipulé en esta Carta precaria y lo prometí. Puse abajo mi signo de mano propia y la entregué a los testigos rogados por mí para su roboración (1).

(1) In Concilio Cameasa Castro: ante los jueces comparecieron Munio Leceniz, con su mujer Gotiniz, para hacer una escritura de precario y caución, reconociendo al mismo tiempo no ser de su propiedad lo que como propio se habían arrimado, siendo de la Iglesia de Santa Juliana.

Declaran que la tierra en litigio la tuvo *Umeiro*, adquirida de *Flacea* e hijos. *Umeiro* se la vendió a *Azanno*, quien la entregó a la iglesia de Santa Juliana y a su ABAD, SONNA, con otras tierras, conforme lo publica la escritura: lo que siempre

## FÓRMULA XXXVII

*Alia precaria.*

In Xpo fratri illi. ille. Certum est enim nos in loco iuris vestri, cui vocabulum est illud in territorio illo sito praecario iure terras pro excolendum ad modios tot. A vobis pro nostro compendio expectisse, quod et fraternitas vestra petitionibus nostris annuere elegit et ideo spondeo me vt annis singulis secundum priscam consuetudinem de fruges aridas et liquidas atque uniuersa animalia vel pomaria seu in omnire quod in eodem loco augmentauerimus decimas vobis annis singulis persoluere quod si minime fecero et hujus precariae me textum abscessero, iuratus dico...

## TRADUCCIÓN

El tal hermano, al tal hermano en Cristo. Cierta es que un terreno de tu propiedad llamado X, y en el territorio Y situado, tengo según derecho precarias a cultivar pagando yo tantos modios, y me lo has concedido atendiendo a mi deprecación. Por lo tanto, prometo pagar, anualmente, siguiendo la costumbre antigua, las décimas anuales de todas las mieses áridas y líquidas, y de todos los animales, y manzanares, y de todo de lo que hoy tenga y de lo en adelante aumentado.

Y si no lo hiciere y me separare del texto de esta precaria jurando digo...

## FÓRMULA XXXVIII

*Cautione.*

Domino et fratri illi, ille. profiteor me per hanc cautionem meam cabere et cabeo tibi domine et frater ille, propter auri solidi nume-

justificaron, hicieron de su derecho a tierra los abades que fueron y la Iglesia de Santa Juliana, la tierra con sus manzanales, durante cincuenta años, hasta que llegó el abad Endulfo ya estaba en poder de la Iglesia, poder justo; e hizo lo mismo el abad Indulfo, durante doce años: la que después dió a Peipe, padre de Gotina, &\*, *«abuit Umeiro ipsa terra comparata de Flacea et de suos filios et post hec vendidit Umeiro ipsa terra ad Azanno et ipsa Azanno tradidit ea ad ecclesia sancta Iuliana et ad ABBATE SONNA simul eum alias suas terras, secundum in scriptura resonat et iurificauerum ipsi abbate, qui iam fuerunt et ecclesia Sancta Iuliana ipsa terra cum sua pomifera PER ANNOS L, USQUE PERVENIT ABBATE ENDULFO ipsa terra tam DOMINATA in iure eius, et iurificavit Indulfo abba ipsa terra annos XII, &.\**

[Cartulario de Santillana.]

rus tot quos pro necessitate mea imperante tibi domino praestare iusisti quos solidos si deo dictum placuerit tibi ad diem calendas illas istius anni proximi futuras cum gratiarum actione me spondeo esse redditurum et in beneficio solidorum ipsorum daturum me tibi spondeo hoc et illud. Qui si minime facero et diem huius meae cautionis excessero juratus dico per hoc et illud quia liceat tibi cautionem meam cui tu ipse volueris tradere et ad libito mihi executare supra dicta pecunia vna cum beneficio suo duplata cogar exoluere in qua cautione praesens praesentibus stipulatus sum et spondi.

#### TRADUCCIÓN

Un tal, al Señor y hermano tal. Confieso por medio de esta obligación que le hago asegurado como a ti, Señor y hermano tal, por el número de sueldos aureos que en mi necesidad me mandaste que se me prestaran, por el mandato del Señor, sueldos que prometo devolverle, Deo volente, el día de las próximas calendas, con más las gracias, y también en beneficio de los sueldos daré esto y lo otro.

Y si lo hiciera para el día fijado jurándote que esto y lo otro, te digo que entregues mi caución a quien quisieres y me pongas la ejecución acerca de ese dinero doblado y su beneficio. Yo presente ante presentes lo estipulé y prometí.

#### FÓRMULA XXXIX

##### *Conditiones sacramentorum.*

Conditiones sacramentorum, ad quas ex ordinatione illorum iudicum iurare debeant, iuramus primum per Deum patrem omnipotentem et Ihm (2)  $\overline{Xpm}$  filium eius Sanctumque Spiritum (3) qui est

(1) Véase el núm. 8, págs. 465 a 503.

(2) Véase mi libro *De la Cantabria*, págs. 200 y 201, y compárese.

(3) *Conditiones sacramentorum.*

«Copia en pergamino. Archivo Real de Barcelona. Escritura del Señor Berenger Ramón, 7.º conde, número 23. (A. de la H. B. 105.)

«Conditiones sacramentorum ex ordinatione. Baro, sacer, et iudice Sendredo, et in presentia vel in placito dompno Bernardo comite, et fratri suo dompno Gifredo et in presentia Erradi, Guillelmi, Sentelli, et Segarius, et Arnaldus Bonefilius et frater eius Reinardus, Bernardus de Olivos, Oriolus, et Gizardus Mir et Rodbal saione et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant. In istorum supradictorum presentia a petitione Seniofredi, vice comite unde petiuit omnes homines habitatores in parrochia Sancta Columba simul cum illorum mandatario, nomine Bernardus,



vna et consubstantialis magestas (sic). Iuramus per sedes et benedictiones domini. Iuramus per Cherubin et Seraphin, et omnia dei secreta misteria. Iuramus per signum sanctae et venerandae crucis quod ipsius fuit patibulum. Iuramus per tremendum atque terribilem

qui illorum voce prosecutus est contra suprascripto Seniofredo vicecomite et petivit eis propter invasione ex ipsius decimis qui invadere homines de potestate supradicte ecclesie, vel de Seniofredi suprascripti, invasores enim hec sunt:

... Dicebant isti... invasores quod supradicta ecclesia illorum alaude debet esse cum decimis et primiciis vel oblationes fidelium. Et iste Seniofredus in suis responsis dixit non, quia xxx annos abet et amplius que ego et pater meus tenuimus ecclesie Sancte columbe, cum decimis et primiciis et oblationes fidelium per nostrum proprium alodem absque interruptione legali vnde me predictus iudex interrogavit diligenter si possum probare aud non: et ego abeo veridicos textes ... iurati autem dicunt in primis per Deum Patrem Omnipotentem et per Iesum Christum filium eius, Sanctumque Spiritum Sanctum qui est in Trinitate unus et verus Deus et per hunc locum venerationis Sancti Tome Apostoli, cuius basilica sita est in eodem locum vocitatum Lupiano, nos vidimus predicta ecclesia tenere a Bernardo, vicecomite vel filio suo Seniofredo vicecomite xxx annos et amplius per illorum proprium alaudem absque legali interruptiome et hodie per lege et iustitia plus debet esse supradicta ecclesia... cum decimis... de... Seniofredo... quam de nullum alium hominem: et ea que dicimus recte et veraciter testificamus atque iuramus per supra hanc nixum iuramentum in domino.»

Los invasores aceptaron las pruebas retirándose; se convienen, y ponen penas in vinculo auri libras v. (III)-kls. Septembres, anno xxiii, regnante Rodberto rege.

#### *Un juramento judío.*

Si me deus adjuuet, ille deus qui dedit legem. Moysi in monte Synai, et si lepra Neaman Siri super me non veniat sicut super illum venit, et sic terra me non deglutiat sicut deglutivit Dathan et Abiron, de ista causa contra te malum merui. (Dicho en hebreo.)

Adiuro te per Deum viyum et verum, et in illam legem Sanctam quam dominus dedit ad beatum Moysen in monte Sinai, et per Adonai Sanctum, et per pactum Abrae quod Deus dedit filii Israel, et si non, lepra Naaman Siro, circumdet corpus meus, et si non, me viuo deglutiat terra sicut fecit Dathan et Abiron, et per arcum-fidelis qui de celis aparuit ad filios hominis, et ipsum locum Sanctum ubi Sanctus Moysen stetit et illam Sanctum quam beatus Moysen ibi hacccepit, de hac causa culpabilis non sum. [En hebreo o en latin, pronunciado.]

(Capitula de Judeis —Carlo Magno— Monumenta Germaniae historica. T. I. Legum, pág. 194).

#### *Columnellum.* (P. Villada, de la C. de J. M. del Instituto Catalán.)

Hea sunt condiciones sacramentorum, ad heorum presenciam residebant sacerdotes ille et iudices illi et in presencia illius uicarii uel saionis, uel aliorum multo-sum bonorum hominum, qui ibidem aderant, testificant testes probati quos proferrunt ille et ille qui sunt elemosinarii de condan illo in faciem de supra scriptos sacerdotes et iudices ad comprobendam ipsam elemosinam. Et hec sunt nostra testium qui hoc testificant sicuti et iurant ille et ille. Iurantes autem dicimus inprimis per deum patrem omnipotentem et Ihesum christum filium eius, sanctumque spiritum qui est in trinitate unus et uerus deus, et per hunc locum ueneracionis sancti illius, cuius basilica fundata est in comitatu illo, in loco illo, supra cuius sacrosancto



futuri iudicii diem et resurrectionem domini nostri Iesu Xpi. Iuramus per omnia sacra corpora gloriosas que martirum coronas omnes que virtutes coelorum et haec sancta quatuor euangelia et sacrosancto altario domini nostri illius martiris, vbi has condiciones superpositas nostris continemus manibus. Iuramus per dexteram domini, qua sanctus coronat et impios a iustis separat eosque mittit in camino ignis inextinguibilis vbi erit fletus et stridor dentium. Iuramus per cardines coeli et fabricam mundi, quae ipse virtute verboque fundauit. Iuramus per sacra misteria et sancta sacrificia. Iuramus per omnes coelestes virtutes et cuncta eius mirabilia. Iuramus per sanctam communionem, quae periuranti in damnatione maneat perpetua, quia nos iuste iurare et nihil falsum dicere, sed nos scimus inter illum et illum, hoc et illud in tempore illo actum fuisse. Quod si in falsum tantam diuinitatis magestatem (sic) ac deitatem taxare aut inuocare ausi fuerimus, maledicti efficiamur in aeternum: mors pro vita nobis eximetur? et *lulus inconsolatione assiduus* descendat igne rumphea celestis ad perditionem nostram. oculi nostri non erigantur ad coelum, lingua nostra muta officiat omnia interiora viscera nostra obduretur et arescat atque in breues dies spiritus diaboli periurantem arripiat, vt omnes periuri metuant, et sinceres de tam celeri domini vindicta congaudeant et quemadmodum descendit ira dei super Sodomam et Gomorram ita super nos extuantibus flammis euat mala, ac lepra Gyesi viuosque terra absorbeat, quemadmodum absorbuat Datan et Abiron viuos terra sceleratissimos, vt videntes omnes superna irae Dei iudicium talibus hominibus terreantur exemplo. Latae condiciones sub die illo, anno

altario has condiciones manibus nostris tenemus et iurando contingimus, quia nos supra scripti testes bene in ueritate scimus, quoniam presentes eramus et oculis nostris uidimus et auribus audiimus in ipsa hora quando iacebat condamnatus ille, in ipsa aegritudine, unde obiit, adhuc loquela plena et memoria integra nobis uidentibus audientibus, commendauit omnem suam elemosinam ad histos suos helemosinarios illum et illum, et precepit eis ut sine ipsa egritudine moreretur, sicut et mortuus est, potestatem haberent isti sui helemosinarii ita distribuere uel diuidere omnem porcionem substantiae suae propter remedium anime eius, sicut ille eis per suum testamentum testatus est, et cum haec ordinauit, adhuc loquela plena et memoria integra, sic migravit de hoc seculo in mense isto preterito illo et postea uoluptas eius inmutata non fuit. Et nos ille et ille qui sumus helemosinarii de hac causa, sic iuramus in omnia et in omnibus, quia quantum isti testes testificauerunt in isto iudicio uerum est, et nulla fraus nec malum ingenium hic impressa est, sed secundum uoluntatem ipsius conditoris est factus uel editus, et ea que scimus recte, haec ueraciter testificamus atque iuramus super amissum iuramentum in domino. Facte condiciones kalendis illis, uel illis, anno illo, regnante rege illo uel illo.

illo, era illa ille vicem agens illustrisimi viri comitis illius has condiciones ex nostra praeceptione latas subscripsit ille has condiciones nostra coram praesentia latas subscripsi.

#### TRADUCCIÓN

##### *Condiciones de los juramentos.*

Condiciones juramentales, cláusulas a las que deben sujetarse los que juren cuando lo manden los jueces.

Primeramente, juramos por Dios Padre Omnipotente y Jesucristo su Hijo y el Santo Espíritu, Una y consubstancial Majestad.

Juramos por las moradas y bendiciones del Señor.

Juramos por los Querubines y Serafines y por todos los incomprendibles secretos de Dios.

Juramos por el signo de la santa y veneranda Cruz que fué el patíbulo de Jesucristo.

Juramos por el tremendo y terrible día del Juicio futuro, y por la Resurrección de Nuestro Señor Jesucristo (1).

Juramos por todos los cuerpos santos de los Mártires, y por sus gloriosas coronas, por todas las virtudes de los Cielos, y por ESTOS Cuatro Santos Evangelios, y el *sacrosanto* altar de nuestro Señor, el Mártir -san Tal-, en donde tocamos esta serie de condiciones juramentales con *nuestras manos*.

Juramos por la mano derecha del Señor, con la que corona a los santos y separa a los impíos de los justos y los lleva por el camino del fuego eterno en donde (es ya) será llanto y rechinamiento de dientes.

Juramos por los quicios del cielo y la fábrica del mundo que con su fuerza y palabra Dios fundó.

Juramos por los sagrados misterios y santos Sacrificios.

Juramos por todas las Virtudes celestiales y por todas sus maravillas.

Juramos por la santa Comunión, la que sirva al perjuro para su condenación eterna, porque nosotros juramos la verdad y nada falso decimos, sino que declaramos haber sucedido entre fulano y fulano, esto y lo otro, y en tal tiempo. Y si en falso jurando nos atreviésemos a invocar y apreciar a tan gran Majestad Divina y

(1) La Resurrección de Nuestro Señor Jesucristo ha precedido al día del Juicio final. Es curiosa y muy extraña tan singular inversión de pensamientos.

Deidad, malditos seamos eternamente. Pase nuestra vida a ser muerte y viviendo siempre en continuo luto sin consolación alguna, baje la ardiente y celestial espada para nuestra perdición. No vean nuestros ojos el cielo. Muda quede nuestra lengua; endurezcanse nuestras entrañas y séquense, y llévase el diablo al perjuró a los pocos días, cuanto antes, para que todos los perjuros tomen miedo, y los sinceros se alegren de la rápida venganza de Dios. Y así como la ira de Dios cayó sobre Sodoma y Gomorra, también caigan sobre nosotros llamas destructoras, y nos coja la lepra de Gyese, y nos trague la tierra como a Datan y Abiron, hombres muy perversos, y así los hombres todos se aterren viendo la soberana ira de Dios.

Dadas las condiciones el día... el año... la era...

El vicario del ilustrísimo señor Conde, tal, escribió estas condiciones por mandado nuestro.

Tal subscribió estas condiciones estando nosotros presentes

## FÓRMULA XL

### *Dijudicatio.*

Tunc enim veritas ex consequenti ratione colligitur cum in examinatione partes litigantium veniunt, ergo cum inter illum et illum arbitres sedissemus vicissim se multis iurgiis impugnare caeperunt. cumque diutissime contendendo et se mutuo iniurando crebris conviciis lacessirent, legis auctoritate illis praecepimus vt remota iurgiorum controversia propria in conspectu nostro propalarentur negocia. Tandem ille contra illum asseruit dicens, rem illam quae iure patris mei (sic) debitam mansit cur eam intuo servitio habeas edicito. E contra ille ait, cur istam quam a nobis reposcere conaris per illo et illo capitulo nobis collata sunt, et per tot annos nominata res patris mei illius et nostro servitio mansit. sed si iusta quod asseris res illa esse patris tui illius iure fuisse debita affirmas convincere te oportet. Tunc ille petitor secundum illud responsum se talem probationem manifestus est habere quam etiam in nostro iudicio proferens id est illum et illum iusta legum decreta sagaci intentione eos segregatim percontari decrevimus quorum dum testimonium liquide discutere conaremus inuenimus illum et illum servos esse illius et consanguineos fratres eorum in servitio originali esse illius et illum et illum de ea quae testificare conabantur bifarios eos testificare deprehendimus Ille dixit sic et alius dixit hoc

et illud se scire. Proinde nec mora obsistit et ille in nostro conspectu sententias legis libri illius protulit legem illam qui est sub titulo illo *era* illa vbi dicit hoc et illud. his expletis sermonibus ille petitior contra illum asseruit dicens hoc et illud. Tunc ille hoc quod ille petitior sermone professus est per idoneum testem firmari expetit. Ad haec ille petitior adiecit praeter se et illum nullam tertiam personam interfuisse. Sed tunc ille suo sermone professus est hoc et illud. Cumque ille imperatum a nobis fuisset vt iuxta quod locutus est pro rem illam et illam sacramentum redderet ipse illum juramentum reddere non *ausauit*. Tunc nos decreuimus hoc et illud. Quam rem ad singula decernentes in hanc iudicii paginam inseruimus quatenus futuris temporibus iustitiam habens congaudeat et columniantis aduersa vox spefacta conticescat. Facta iudicii pagina in ciuitate illa, sub die calendis illis, anno illo, regno illo, era illa ille hanc iudicii paginam nostro in iudicio latam subscripsit. Ille rogitus a domino et fratre illo in hunc iudicium ab ipso et nostra coram praesentia latam subscripsit.

#### TRADUCCIÓN

Cuando las partes litigantes son examinadas, entonces se desprende la verdad, ateniéndose a lo que se declara. Siendo, pues, nosotros árbitros entre fulano y fulano, y conteniendo agriamente entre ellos, injuriándose, se les mandó, según lo pide la ley, que no se injuriasen mutuamente, pero sí que expusiesen ante nosotros sus negocios. Por fin, tal afirmando contra tal, dijo: «Contéstame, declara por qué retienes en tu poder y servicio lo que pertenece al derecho de mi padre». Y se le replicó por el otro... tal... y «¿Porqué me ha dado, y según qué capítulo de la ley, la propiedad que te esfuerzas en pedirme, exigirme y la cual durante tantos años ha sido de mi padre y yo me he servido de ella? Pero, si según declaras, lo que pides, fué, según derecho, de tu padre, conviene convencerte».

Entonces, el reclamante patentizó la prueba-tal que tenía. La que presentada también en nuestro tribunal en el juicio-tal, tal prueba, determinamos interrogar con mucha sagacidad, *por separado*, a cada uno de ellos según lo *preceptúa la ley*. Y cuando poníamos en claro sus testimonios, nos encontramos con que eran siervos y consanguíneos hermanos de aquéllos, siervos a su vez de tal, y del tal, y del tal, que se esforzaban en declarar como testigos, y hallamos que habían declarado de dos maneras. El tal dijo así, y el otro tal dijo que sabía esto y lo otro. Y sin detenerse le con-

tradujo: y el otro, estando en presencia nuestra, presentó, las sentencias de la Ley tal y tal, Libro tal, Ley puesta bajo el Título tal, de la ERA tal (1), en donde se lee esto y lo otro. Ultimado esto, el reclamante, habló en contra, diciendo esto y lo otro. Entonces él, habiendo pedido la palabra, manifestó que deseaba constase en acta lo que había dicho, firmado por un testigo idóneo». Entonces el reclamante repuso que en ello solamente habían intervenido las dos personas, y ninguna otra tercera. El contrario, al hablar, profirió éstas y las otras palabras. Ya en esto, se le mandó por nosotros, los jueces, que prestase juramento por y por...; y no se atrevió. Y así tomamos las determinaciones tales y tales: las que escribimos en esta acta del juicio para que en los venideros tiempos se alegre el que posea y tenga justicia y lo justo, y se calle la voz adversa despreciable del calumniador.

Hízose el acta del juicio en la ciudad... día de las calendas... año... del reino del rey... ERA.

Esta carta de nuestro juicio la subscribió. El tal rogado por el Señor y hermano-tal, subscribió también la carta, estando en el juicio y en nuestra presencia.

#### FÓRMULA XLI

##### *Iniuucto.*

Domino mihi individuo fratri illi, ille rogo atque iniungo tuae fraternitati vt ad vicem personae meae peragere iubeas et intentio quae inter me et illum pro hoc et illud ves(sic)rtitur, in praesentia iudicum secundum *ordinem legum* negotium meum prosequi procures, ita vt quicquid de lege et iustitia egeris ratum me in omnibus esse polliceor in quo iniuncto praesens praesenti stipulatus sum et sponondi subter manu mea subscripsi, et testibus *bene natis viris* à me rogatis tradidi roborandum facto iniuncto sub die... (2)

##### *Poder para un pleito.*

##### TRADUCCIÓN

A mi Señor, el individuo hermano tal: ruego y encomiendo a tu fraternidad que hagas mis veces, y el juicio que hay entre mí y aquél, por esto y por lo otro, *procures* continuar el negocio ante

(1) Dato muy notable.

(2) Véase la colección de Fórmulas publicadas por Rozière, en la que trata de las pertenecientes a los siglos v... y x.

los jueces, según lo establecido por las leyes, de manera que cuanto de justicia y ley trates, te prometo que yo lo daré por rato, en el cual poder presente al presente lo he estipulado y prometido, de mi mano lo he suscrito y lo he dado a corroborar a testigos, rogados por mí, hombres verídicos bien nacidos. Hecho el poder...

### FÓRMULA XLII

#### *Alio iniuncto.*

Spero iniungoque tuae charitati propter apicem (1) personae meae ut fratrem nostrum illum pulsare debeas propter auri solidi numero tot quos nos ei praestitimus unde et placitum ipsius apud nos tenemus, ut solidos ipsos juxta placiti sui tenorem perpetua intentione recipere debeas quod si contempserit et saepedictos sólidos vobis restituere distulerit eum in praesentia iudicis compellere facias et secundum legis tramitem vobis per iudicis imperium seu iudicium satisfacere debeat quid quid egeris...

#### *Poder para reclamar deuda.*

#### TRADUCCIÓN

Espero de ti, dando mi poder a tu caridad, a causa de la calidad superior de mi persona, que tantees, pulses, constringas al hermano nuestro tal por la deuda de tantos sueldos que le he prestado, cuyo plácito tengo, para que debas recuperar los tales sueldos, según la escritura del pacto de ¿intención? perpetuado lo contiene. Y si no hiere caso y no te restituyese los sueldos, que los devuelva bajo el mandato del juez y en su presencia.

### FÓRMULA XLIII

#### *Alio iniuncto.*

Domino et in Christo fratri illi, ille. Iniungo tuae charitati ut ad vicem personae meae, dum te deus in locum illum cum salute perduxerit, seruum iuris mei, nomine illo qui de servitio meo se substraxit, perquirere debeas, et dum eum inueneris conscriptum meo domino reuocare studeas quidquid egeris gesserisue...

(1) «propter apicem» dato notabilísimo. Los reyes... y los obispos podían pleitear no personalmente.



*Carta poder para buscar un siervo.*

## TRADUCCIÓN

Al hermano tal en Cristo Señor el tal...

Encomiendo a tu caridad que hagas mis veces durante el tiempo que Dios te condujere a tal sitio con salud, que busques al siervo fulano, siervo mío, que se ha escapado, y luego que le encuentres procures volverle registrado a mi dominio. Lo que hagas e hicieres...

## FÓRMULA XLIV

*Placito.*

Imperante tibi Domino praecibus meis aduenire dignatus es, vt mihi quinque solidos propter mea necessaria praestares. Pro quos solidos seruuum iuris mei nomine illum ad uniuerso seruitio impendendo tibi seponere elegi, ea interposita conditione, vt, dum mihi dominus dederit vnde solidos ipsos tibi cum gratiarum actione restituum. Tunc supradictum seruuum tuo dominio in meo faciam reuerti seruitio in quo placito «stipulatione subnixa» subter manu mea signum feci et testibus à me rogatis tradidi ad roborandum-facto...

## TRADUCCIÓN

Con el mandato de tu Señor has atendido mis ruegos, al pedirte prestados quince sueldos que necesitaba, y en cambio he determinado que mi siervo... fulano quede a tus órdenes en todo, con la condición de que tan pronto como mi Señor me facilite de donde proporcionarme los sueldos, y yo te los devuelva, con la correspondiente acción de gracias, vuelva el siervo a mi poder.

Dada tal estipulación en este plácito, pongo abajo mi signo, hecho de mi mano, para la completa corroboración, juntamente con los testigos llamados por mí a este acto (1).

(1) *Prestamo.* Año 922.

In dei nomine. Ego Ielle et uxor mea nomine Eilo vobis Hermegildo et Paterne. Non est enim dubium eo quod leuauimus Ceuaría *inprestada* de vestra *casa* de superato, *triticum, ordeum* et *centenum* et non habuimus unde vobis reddere. Obinde placuit nobis ut faceremus cartam *venditionis* de *ratione* quam habemus in puma (sic) (pumare) quod plantauit Geldemirus in villa vocabulo Gunderedi, et sunt mazanarias xx cum suo terreno ita ut de hodie die (hoy día)... Facta cartula *venditionis* xi kls, Ianuarias. Era dcccc 2 x...



## FÓRMULA XLV

*Placitum.*

Sanctissimo domino meo illo episcopo, ille seruus vester. Suggestio paruitatis nostrae Sancto Pontificatui vestro deprecavit auditus, vt me in cellam monasterii sancti domini mei illius Martiris cenobialem agendo vitamperpetuo tempore permanendum praeciperes, vnde et beatitudo vestra intuitu mercedis petitionem meam placidissima suscipiens animo in eundem sacratissimum locum vt habitarem vestra gloriosa perpatuit voluntas. Vnde mihi placuit hunc spontanea voluntate emittere placitum per cuius texti formam sincerissima promitto deuotione me diebus omnibus, quibus in hac potuero durare vita praedictae sanctae ecclesiae dignis deo ministrando officiis totamque animi mei voluntatem in summo charitatis atque humilitatis splendore ministrare et ita, patrocicante diuina misericordia per omni gratiae faborem remota omni discordia seu diuersarum famulationes nefandarum operum aemulationes.

Transire animis meis templandi erit facultas sed ut dixi, suprafatae cellae vestrae omnibus diebus vitae meae seruitium. Quod si immutata voluntate abea que promitto ministrare declinare tentauero, et ad alia loca transire ausus fuero, iuratim dico per aeternitatem supernae suumque terribilem *futuri iudicii diem* quia liberum habeat vestra potestas vestrique successores incautam meam persequi voluntatem et ad ius reuocare sancte censure decus siquis vero ex aliis personis *in domum suam me recipere aut retinere voluerit*, et ad vbi cognouerit monitionem vestram et minime me consignare vobis intenderit, sed e contrario continere vel defendere nituerit communicatio illius irrita sit a diabulo aeterna damnatione confusus *sententia anathematorum* puniatur, et cum Iudam Scarioth aeterno iudicio concremetur nec vlli hominum religiosorum seu laicorum me apud se audeat retinere. Quod si fecerit suprascripta diuina damnatione incurrat, et me apud se retinere non valeat. In quo placito «stipulatione subnixa» manu mea subscripsi et testibus a me rogitis pro firmitate tradidi roborandum. Factum placitum... (1).

(1) Véanse las Reglas de los PP.

## TRADUCCIÓN

A mi Santísimo Señor el Obispo... El tal vuestro siervo B. La deprecatoria solicitud de mi humildísima persona dirigida a vuestra persona santa pontifical ha pedido que Vos me mandáseis hacer vida cenobial, durante toda mi vida en la vivienda del monasterio dedicado al Santo Mártir, y Vos habéis accedido de buen grado, a mi deseo, puesta la vista en que Dios remunera las buenas acciones, concediéndome que allí sirva yo al Santo Mártir. Ello me anima a formalizar espontáneamente el plácito, en el que consta mi promesa de servir, a perpetuidad, y dignamente, en los oficios de la dicha iglesia, y siempre con amor, caridad y humildad, apartándome de toda discordia, sin confabulaciones y emulaciones para hechos nefandos: serviré en la sobre dicha vivienda, todos los días de mi vida. Y si de lo que prometo, por cambiado el modo de ser de mi voluntad intentase separarme del santo servicio al Mártir y en el modo prometido, y me atreviese a irme a otras partes, juro por la Eternidad Altísima y por su día terrible del Juicio Futuro, que tanto Vos, como vuestros sucesores tengan libertad completa de perseguir mi incauta voluntad y reducirla al cumplimiento y decoro que exigen las Censuras. Y si alguno quisiese recibirme en su casa, o retenerme, y no entregarme a Vos, a pesar de estar avisado para ello, antes por el contrario me contuviese y defendiese, sea irrita semejante comunicación, y él confundido y llevado por el diablo a la eterna condenación, caiga contra él la sentencia de los anatemas: y sea quemado con Judas, en toda la eternidad; y que ninguna persona religiosa o laica se atreva a retenerme. Y el que lo practique, caiga en la sobre dicha condenación divina y no me tenga en su compañía. Plácito que de mi mano subscribí, dada la estipulación correspondiente, sujeto yo a lo estipulado; plácito entregado para que lo subscribiesen los testigos a ruego mío. Hecho el plácito (1).

(1) Año 961. Era 999. III nonas Iunii. Sobrado. B. 1. Carta 7.

El abad Silón hace ofrenda de sí mismo y de sus propiedades a Santa María de Sobrado, si bien condicionalmente, no quedándose fuera del orden regular monástico.

«Saluatori ac redemptori nostro... seu patri didaco abbati cum collegio fratrum sub manu eius, ac *sancte* regulae degencium pie viuencium, xp̄oque militantium, siue post eum *abbati* qui *regulariter a cunctis fuerit electus* et fratibus qui in loco ubi testamentum facio religiose vixerint, *atque in vita sancta perseuerauerint* quorum basilica..

Ego exiguus famulus vester silonem licet indignus *abbas*... offero me metipsum

## FÓRMULA XLVI ÚLTIMA

Si quantum divinitus animae conceditur salutis *praepositum*, tantum fragilitate humana operare valeret qui erat non solum presentis vitae salutifera habere remedia sed aeterna sinè difficultate sibi acquirere lucra, ob hoc nostris ex deuotionibus totisque affectibus in illis nos obsecramus LOCIS ADHERERE, vbi ad *dicta PESTIFERA IMPEDIMENTA*.

## TRADUCCIÓN

Si la humana fragilidad pudiese cumplir cuantos buenos deseos saludables infunde la divinidad al alma, consistentes en la posesión de salutíferos remedios en la presente vida y en alcanzar sin dificultad el eterno lucro... nosotros con todo el deseo y afecto de nuestra alma devota obsecramos adherirnos, entregarnos, a tales instituciones santas, en donde alcancemos guarecernos, puestos a salvo de los ya dichos pestíferos obstáculos... *vbi ad dicta pestifera impedimenta «vitanda confugere possimus»*.

Se desprende del texto, que la fórmula tiene por objeto ser la introducción de una Escritura o Carta de una persona en deseos de retirarse a un Convento de los establecidos desde Fernando I de León.

Las *Fórmulas* son una sección de mi obra. FLORES JURÍDICAS, examinada por Don Felipe Clemente de Diego, catedrático en la Universidad Central.

cum medietate *de ecclesia Sancti Iuliani et Sancte Marie* et omnes domos quas ibi edificauit, & (siguen donaciones) *sub ea tamen ratione, ut in vita mea habeam illum pro meo stipendio et mea tolerantia...* Solo exceptúa la heredad que obtuvo de sus padres en *villa Sancti Stephani*, concedida a sus hermanas y sobrinos, &.<sup>a</sup>, &.<sup>a</sup>

Año 1095 Era 1133.

In xpi nomine. ego Nuno trado et concedo domino Deo et eius genitrici Perpetuae Virginis Marie Vallis composite meum corpus et animam et *obedientiam usque ad mortem* et sim frater eiusdem ecclesie cum meo auere, scilicet cum vno cauallo atque boue, necnon et inter oues et capras mī atque meum lectum, siue meum indumentum ecclesie. Propter hoc concedo hoc omnia iam dicta Beate Marie Vallis composite et fratribus iam dicte ecclesie ut me teneant sicut unum exfratribus et ipsam honorem michifaciant quam alis. Non et vt nullus abbas me *emat?* usque ad mortem ex ipso monasterio. Actum est hoc m idus Februarii. Era millesima c. xxx. m. Regnante Ildefonso ... coram testes ... Si quis vero *abbas* aut aliquis qualiscumque homo qui uoluerit me nuno (sic) nunc *ellicere de monasterio* non hoc valeat iuridicare, set primitus iram Dei incurrat et cum Iuda traditore partem in Inferno accipiat et excommunicatus permaneat a Domino Gomesano *epo sedis burgensis*, &.<sup>a</sup>...

Valpuesta, folio 207, Becerro 2.<sup>o</sup>.

Ahora, el lector, muy fácilmente puede comparar las fórmulas con el Libro de los Jueces ó Ley de los visigodos y con la Instituta y las Novelas de Justiniano, lo mismo que con las disposiciones Teodosianas y Valentinianas, así como también con las leyes germánicas, y los Concilios, sobre todo, los de Toledo y con la L. R. W. Y principalmente parangonándolas con las escrituras de los siglos nono y décimo, se ve de un modo clarísimo que las documentaciones de ambos siglos son las madres, en casi su totalidad, de las tan traídas y llevadas fórmulas, lo mismo en España que fuera de España.

